



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Fasti Mariani**

**Brunner, Andreas**

**Antverpiæ, M.D.C XXX III.**

SS. Favstinvs & Iovita MM. 15. Februarii.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-70962](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-70962)

vermium nomen horremus, sed mortui baculo scilicet (ut ille canes) abigemus. *Ex Metaphr.*

SS. FAUSTINVS & IOVITA MM.

15. Februarii.

Svb annum Christianum C. XXXII. Scùm Brixienſis Pont. Apollonius metu tyrannidis fugâ ſubduxiffet ſeſe, ne barbaro furori lacerandus Chriſti grex pateret, meliores in locum Paſtores FAUSTINVS Sacerdos & IOVITA Diaconus ſucceſſere. Certè animæ ſuas non multò poſt impendere gregi ſuo non dubitarunt, cùm memorabiles priùs pugnas edidiffent, quibus non modò Italicum Comitum, ſed Adrianum ipſum Imp. quin imò ipſos Deos triumpharunt. Solis enim Cololum adorare juſſi, hunc primò in carbones, deinde in favillas redegerunt, filio ſuo Phaëthonti poſthac ſimilem. Iam leones, leopardi, urſiq; virtutem in Paſtoribus noſtris horruerunt, & cùm priùs carniſices, interq; hos ſacrificulum Saturni, Comitumq; Italicum laceraffent, imperio Martyrum in ſilvas, & nemora ſua emigrarunt. Poſt tot victorias etiam inter flammis cantare Pæana placuit. Denique ubi per omnem Italiam circumducti omnia theatra ſanguine ſuo pinxerunt, patria ruruſ exceptit, & gladio caſos coronavit. Fama obtinuit

G 5

Ange-

Angelos celo ad vinc̄tos devolasse in  
carcerem, & sacram Eucharistiam præ-  
bentibus Ministros adstitisse. Videtis  
Mariani, in quorum officium inoletis,  
cùm ad aram servitis? Profectò aut mu-  
neris hujns vos non pudebit, aut An-  
gelis similes esse pigebit. *Ex Surio.*

S. SIGEFRIDVS EP. 15. Febr.

**L**iceat exclamare, ô mores! ô tem-  
pora! Quos nunc pellit Anglia fidei  
Doctores, hos olim velut Colonias me-  
liores in orbem omnem mittebat, ea-  
demum fœdera cum regibus sancta esse  
censens, quæ fides, quæ, quos diximus,  
feciales pepigissent. Ita Olaus Succorū  
& Gothorum Rex præconem verbi di-  
vini SIGEFRIDVM impetravit ab An-  
gliâ, quem hodie rectius ipsa accersere-  
ret. Socios ille traxit Vnamannum, Su-  
namannum & Vivamannum nepotes  
suos. Poterat Insula deinceps Fortunata  
dici, postquàm hi heroes ad illam ap-  
puli sunt. Certè beatum se putavit, qui  
insulæ præfectus erat, cùm inter sacra à  
SIGEFRIDO tolli in altum non jam  
panis umbram, sed augustâ specie pue-  
rum vidit; moxque pueri hujus mani-  
bus manus dedit. Non incruenta tamē  
victoria SIGEFRIDO fuit. Cæsi tres  
nepotes in cerore temperarunt trium-  
phum. Caterum dum ponè stagnum  
obambulat, tergeminum lumen videt;  
hoc